

¶ Præfationis argumentum.

¶ Grandioribus atq; iustis operibus aliquid stilo remissiore præ
ludere: vetus institutum fuit: eorum qui non crada in medium stu
dia propellebant. quorum nascentis adhuc eloquentiæ rudimen
ta non inuiti lectitamus. Hac Cicero: Maro: Papinius: & quoscū
q; veneramus. fere. eadem se Claudianus incessisse profiteretur ac vt
is qui primus mare tentauit: a littoribus quæ principio linquere
non audebat: vsu confirmatus: alto sedemum credidit: ita nunc i
qui diu multumq; leuioribus in studijs ego versatus: ad heroicā
maiestatem: confidentius fortasse: sed non imperitus assurgo. nā
totus huius carminis sensus a metaphora colligendus est.

¶ Extemporaneum Ioannis Houllerij Colūbarienē ad inuidos Carmen.

Lapsa per instabiles noua sepe poemata riuos
Rumpunt inuidie tela nefanda graui:
Non petit ima: ferus sed semper ad ardua liuor
Tendit: & ingrato paruula dente petit.
(Expertus fateor) semper grauioribus instat:
Respuit & pueri sepius acta rudis.
Pone igitur vultus qui non legis ista libenter
Inuideas cunctis liuide: nemo tibi
Quid mirare meam tollant si carmina mentem?
Et trahat ad summum docta minerva polum:
Quid me tam longa verborum ambagine tractas?
Non est apta mee perfida lingua cheli.
Cessa igitur: cessant hominum qui carmine mentes
Rodunt: inuidie tela cruenta nocent.
Tela cruenta nocent: auctorem liuor adurit:
Sepe etenim proprio liuidus ense cadit

¶ Τέλος.